13. *Clerici tanquam suspecti remoueri possunt vbicumque ad contributionem onerum faciendam se intromittere vellent.*
14. *Principes sæculares possunt Ecclesiasticos ad solutionem onerum compellere caussatiue, licet non præcise, multo igitur magis Imperator.*
15. *Per indirecta multa fieri conceduntur, quæ directo prohibentur.*
16. *Consuetudo, dato quod iniqua sit, iuncta tamen cum tolerantia & patientia superioris sustinetur.*
17. *In altero membro diuisionis valet argumentum à maiore ad minus.*
18. *Nobiles ex iure ciuili à Collectis exempti non sunt.*
19. *In aliquibus locis tantummodo ex priuilegio & consuetudine immunes sunt.*
20. *Nobiles si nobiliter & non sordide viuunt, gaudent in ordinarijs oneribus priuilegio.*
21. *Immunitas nobilium à Collectis quomodo restringitur & cessat tempore expeditionis bellicæ.*
22. *Nec Ecclesiasticus, nec sæcularis, vel legis vel honoris ratione immunis existit, & princeps de proprio Marsupio sumptus bellicos primo expendere debet, & deinde auxilium aliorum statuum & subditorum implorare potest, ampliatur 23. & 24.*
25. *Collectarum diuisio alia est prouincialis, alia imperialis, 26. nec priuilegiatus in prouincialibus, nec in imperialibus tempore belli immunis est.*
27. *Quilibet hominum propter Turcica & imperialia bella, & si priuilegiatus sit, collectandus est, & illa sententia est communis.*
29. *Vtilitas publica suadet subuectionem sine periculo celebrare.*
30. *Moderna necessitas Imp. Romano-Germanici magna est & exuperat Turcicam.*
31. & 32. *Per rationes adducitur & concluditur quod nullus in Imperio qualiscumque sit, à modernis collectis se excusare possit.*

Quæstio Prima.

1. DEo ter. Opt. Max. Authore hic ponitur: Primo, quod diuisiones personarum variæ sint: præ cæteris alia Ecclesiastica: alia sæcularis DD *in can. canones dist.* 15. Andr. Valen: *in paratit. lib. 2. tit. 1. n.* 3. Ecclesiastica dignitas alia per-
2. sonarum maiorum & præeminentium est, vtpote Pontificis, Archiepiscopi, Episcopi, Abbatis, Præpositi. Alia minorũ, Pastoris, Monachi &c. d. Andr. Valen: *lib. 3. tit. 5. per totum.* Sæcularis autem hominum conditio cõstituitur natu-
3. ra, vel lege: natura per cognationem, quæ est ex sanguine & iustis nuptijs. Lege quæ per adoptione contingit. Alia etiam plebeia aut ignobilis, hæc est quæ inferiorẽ in republ. gradum obtinet. Alia nobilis est, quæ certis gradibus distinguitur, est enim vel Imperatorũ, vel Regũ, vel Ducum, vel Comitũ, vel Baronum, vel denique nobilium patriciorum, Georg. Schonbor. *Politicor. li. 4. c. 10.*

Con-

Conditio & dignitas personarum Ecclesiasticarum tanta est, vt cum laicis regulariter in collectis quæ pro oneribus concurrentibus rebus imponuntur, 4.
non teneantur. Cum ab ijs diuino, canonico & ciuili iure sint immunes, Esdræ *lib.1.c.7.* vobis autem notum facimus de vniuersis Sacerdotibus & Leuitis, & Cãtoribus & Ianitoribus & Nathineis, ministris domus Dei, vt victigal & tributum & annonas non habeatis potestatem imponendi super eos. Iure Canonico *in cap. conuen. 23. quæst. vlt. & C. tributum §. quamuis, quæst. ead.* ciuilibus legibus perspicuum est ex trita *l. placet C. de SS. Eccles.* & in auth. item nulla communitas, *C. de Episcop. & cler. & in constitut. Frider. imperat. de pace iuram. &c.* Ex quo procedit hæc regula nedum in muneribus personalibus, sed etiam in realibus 5.
& mixtis cum iura prædicta de omni specie munerum loquantur vt facile perspici potest: Et ratio est quia siue attendantur personæ Ecclesiasticæ, siue res & bona ipsius Ecclesiæ, semper & vbique militat ratio prohibitiua, ne Ecclesiastici à collectis collectentur, nam tales personæ procul dubio iurisdictioni & potestati laicorum non subijciuntur *c. Ecclesia S. Mar. de constitut.* & *c. decernimus de iudic.* cum similibus. Ideo eis imponi non potest collecta *l. rescripto §. final.* & ibi Bart. *not. ff. de munerib. & honorib.* sunt enim huiusmodi bona Deo dedicata, & ideo non debent profanis vsibus applicari. *c. 3. de rerum permut.* Nam quæ bona sunt effecta Ecclesiæ Sancta Sanctorum erunt Domino, & quicunque vim in eis infert sacrilegium committit. *c. nulli liceat*, & *c. quicumque cum sequent. 12. quæst. 2.* Regulariter ideo dixi supra in principio, quia in
multis casibus etiam Ecclesia & alij priuilegiati non sunt immunes; & ita in- 6.
telligenda sunt supradicta, *dicit Abb. in cap. 2. n. 10. vers.* nota hanc conclusionem de immunitate Ecclesiæ, inter cæteros casus is est præcipuus, quod Ecclesia pro bonis quæ possidet contribuere teneatur pro oneribus bellicis vel à bello dependentibus, pro quibus imminet magna necessitas pro fide, pro patriæ defensione, vt Abb. concludit *in dict. cap. 2. colum. 2. vers. post alios Dd.* Petr.
de Anchar. affirmat, si agatur de generali vtilitate Ecclesiasticorum & laico- 7.
rum, simul & mixtim clerici tenentur cum laicis contribuere, & illud Abb. comprobat multipliciter, maxime per notata Barthol. *in l. nul. C. de cursu publico* Guido Papa *quæst. 28.* an Ecclesia, dicens ita fuisse determinatũ & obseruatum vrgente bello inter Delphinũ & Ducẽ Sabaudiæ, Rip. in *l. 4 in princip. n. 31. ff. de re iud.* Cum igitur pro sustentandis militibus Cæsareis ad hostes imperij propulsandos, & pro defensione fidei Catholicæ, Patriæ & omniũ bonorũ in ea
consistentium tam laicorum quã Ecclesiasticorum quæ iurgiter tẽtant hostes 8.
prædicti vsurpare sibi ipsismet subijcere; vtiq; dicendũ est, in eis oneribus oẽs Ecclesiasticos cuiuscumq; dignitatis cõtribuere debere, & eo magis procedit, quia huiusmodi collectæ Principis, imo Cæsaris authoritate indicũtur, cui necessa-

cessario parẽdum est, nec resisti potest vt Bald. ait *in cons.* 112. Ideo quoq; magis, quia sunt onera insolita, quæ in generali immunitate cõcessa Ecclesijs nõ censentur cõprehensa iuxta notata per Dyn. & posteriores DD. *in l. si ex toto ff. de legat.* 1. Atque etiam quia notorium est, dicta munera bellica, de quibus tractatur, esse admodum grauia & assidua facultates tam sic exhaustas fore, vt nequeant vlterius suppetere, quibus non modo iuridicum, sed ex diuina institutione perquam necessarium arbitretur, quod in eis oneribus Ecclesiastici laicis suppetias ferant, & quanquam regulariter interdicitur, vt nullus sæcularium
9. Princeps inconsulto Pontifice, aut Episcopo Collectas ab ijs per se exigat: Tamen hoc permittunt canones, quando necessitatem, vtilitatem & conseruationem Ecclesiæ concernit & nolunt contribuere, tunc liberè ab Ecclesiasticis etiam inconsulto Pontifice aut Episcopo Collectas exigere possunt, vt patet *in cap. non minus, & in cap. aduersus versicul. verum si quondam de immunitate Eccles.* Quia in casu vbi res celeritatem requirit & periculum est in mora tunc receditur à regulis iuris communis *l.* 1. *cum ibidem notat. ff. de dam. in-*
10. *fect.* Est enim immunitas odiosa, tanquam exorbitans à regulis iuris communis, & ideo stricte intelligenda *cap. cum capella*, & *c. sane de priuileg.* Alex. *cons.* 112. *circa primum dubium colum. 2. in princip.* in 5. parte, inferens propterea quod concessio immunitatis facta, quo ad quid non debet ad aliud protrahi, & idem concludit Paul. de Cast. *in l. maritum ff. soluto matrimon.* Rip. *lib. 2. respons. capitul.*
11. *26. num.* 13. Vnde ex tam magnis Imperij caussis & necessitatibus vt ruinæ nationis germanicæ obuietur, licitum est leges transgredi. *l si hominum. ff. mandati*, cum multi congestis ad hoc per Felin. *in c.* 1. *col fin. ff. de condict. causs.* sicq; præter iuris formam contributiones ab Ecclesiasticis festinanter exigere, quia in hisce extraordinarijs & exorbitantibus oneribus ordinem non seruare ordo est, nam priuilegiatis aut Ecclesiasticis satius erit duobus imminentibus malis grauius euitare, quam vtrumque subire, *l. quoties nihil. ff. de regul. iuris. l. sicut in fin.* Et
12. casu quo superior Ecclesiasticus à laicis requireretur, vt de bonis Ecclesiæ Collectæ soluantur, id nollet vel non curaret, tum quia verendũ quodammodo illi est Ecclesiasticos in eis vrgere argum. c. nouum genus de decimis, sicut de lupis innatum de lupo non edere, vt vetus est adagium, tum etiam quia Episcopus vel clericus in pari gradu existunt: siquidem contribuere in oneribus imperia-
13. libus dictis pro bonis Ecclesiarum videntur. Adeo quod etiamsi vellent se in ipsis intromittere vt suspecti possent rationabiliter recusari. *c. caussa quæ inter de*
14. *Iudicijs & cap. personas de testibus.* Accedat etiam si sæcularis non haberet potestatem in Ecclesiasticos vt eos ad contribuendum in oneribus astringere possit, caussatiue scilicet subtrahendo eis reditus & obedientiam, non autem imbursando sibi, facit *gloss. ad l. 2. in princip. in verb. suspectum ibi.* & quomodo cogitur

ff. solut.

ff. solut. matrim. & in terminis hoc declarat Bald. *in auth. hoc periculum colum. fin. vers. etsi dicatur. c. sine sensu* & reliquis, post Innocent. *in capitul postulasti de foro competent.* in eo relatum, ex quo infertur quod officiales sæculares poterunt capere fructus & mobilia Ecclesiasticorum profana, eaque retinere donec contribuerint in oneribus prædictis, quod etiam cõprobatur ex notatis per Bald. *in l. fin. §. fin. vers. hoc facit ad quæst. C. cõmunia de legatis*, vbi determinatur quod lex ex forma statuti quis non possit bona acquirere in territorio, si tamen aliqua emerit, illa poterit retinere, donec pretium sibi fuerit restitutum. Nam plura 15.
de iure per indirectum fieri permittuntur, quæ directo prohibentur, maximè quando diuersa militat ratio, vti in casu nostro patet ex præmissis, *Cap. ex tenore*, cum ibi notat. de testibus, & *not. gloss. in Clement. 2. in verbo directo eodem tit.* Propter solitam obseruantiam in contrarium & manifestam tolerantiam Pa- 16.
pæ & vniuersalis Ecclesiæ, quod officiales Laici pro obtinendis contributionibus in huiusmodi oneribus ab Ecclesiasticis faciunt executionem in eorum bonis & fructibus beneficiorum. Ex hisce enim censetur quædam tacita dispensatio sic faciendi *cap. quod dilectio* cum ibi notatis *de consang. & affinit.* & Felin. tradit *in cap. quoniam colum. penult. in fine vers. in ead. de Simon.* Nec obstat si dicatur quod huiusmodi consuetudo sit contra libertatem Ecclesiasticam, & reprobatur à iure, ergo non debet attendi, imo potius corruptela quam consuetudo dicenda, quia respondetur, quod obiectio hæc quidem procederet, vbi adesset sola cõsuetudo laicorum, sed cũ in hoc casu concurrat tolerantia superiorum contra regulas iuris operatur: imo facit Ius in oppositum. *l. Bar.* cum ibi notata *ff. de officio prætoris*, & securitatem præbet, vt Salycet: *in l. nullus. C. de Iudæis.* & facit aliquid esse licitum, quod aliàs non esset, iuxta scripta Alexand. *in cons. 1. colum final. in 2. part. & cons.* 8. est aduertendum in 6. part.

Cum igitur ex superioribus constat nullo modo Ecclesiasticos posse mane- 17
re immunes hoc rerum statu à collectis, multo minus nobiles: argumentum à maiore ad minus negatiue hic maxime procedit. Dec. *c. 1. con.* 27 *de Iudic.* ideo superfluum erit de altero membro diuisionis hominum status scilicet sæcularis multa pro corroboratione materiæ adferre, tum quia nobiles multo minori immunitate quam Ecclesiastici gaudent, siquidem nobiles dicuntur à colle- 18.
ctis immunes & liberi, non ex iure communi, vt fuse disputat argumentis in contrarium resolutis Ægid. Thomat. *de collectis §. exactio in principio*, Francisc. Marc. *decis. delph.* 457. *num.* 13. & seq. Verum priuileg. quod prætendunt, habent 19.
ex placitis principum consuetudineq; prouinciæ, Mansuer. *in sua praxi d. tit. de tall. num.* 2. Petr. Heig *part. 2. quæst.* 18. *num.* 22. Secus si sordide viuant, aut exer- 20
ceant mercaturam, aut improbum fœnus, quod aliqui nobiles à rusticis belli temporibus pro securitate (id est, Vor das flühen) receptorum in arcibus

 expos-

exposcunt, Mansuer *d.loc.* Guid.Papa *decis.*196.*&*391.Thomat. *in* 5. *nobilitat num.*2.hoc priuilegium exemptionis solummodo procedit regulariter &in or-
21. dinarijs collectis & oneribus; Alias hæc immunitas restringenda venit per *l.*21. C.*de cursu publico*, nullus penitus cuiuslibet ordinis, seu dignitatis vel sacrosancta Ecclesia, vel domus Regia tempore expeditionis excusationem angariarum aut perangariarum habet *l.neminem* C. *de excusat.muner. & l. maxi-*
22. *morum*, *qui mun. vel præt.* Quomodo ergo Ecclesia nullo modo aut iure in præsentibus oneribus Imperij eximitur aut priuilegio gaudere potest supradictum est, & quod nobiles nec milites nec alij sæculares exempti & immunes à modernis Imperij oneribus esse valeãt, præter ll.allegatas, docet text.
23. express.*l.fin.*§.*ab huiusmodi muneribus*, *de priuileg. veteran.* Regia domus, id est, nec ipse Cæsar, quia princeps primo de suo marsupio sumptus expendere debet, Cyn. Bald. & Alberic. *in l.neminem.C de SS.Ecclesia* Bald. *c conquerẽte ad fin.*
24 *de officio ord.* Tamen in hac necessitate publica Imperator possit collectare inferiores Duces, Marchiones vel alij cum regalibus ab Imperatoribus vniuersaliter vel specialiter inuestitos, quantumve exemptos, Modest. Pistor. *cons.*4. *part.*1.*num.*1. Ioannes Köppen *decis.*32. *num.*5. Georg. Schonbor. *Politicorum lib.*4.*cap.*24.ijdem status Imperij tum possunt suis ditionibus etiam quocumque iure priuilegiatos subiectos collectare, Bal. *c.*1. *num.*3.*de feud.march. feudi com.cap.quæ sunt regal* testant. Wesembec *cons.*45.*nu.*12. *& seqq.* Hieron. Schurff
25. *cons.*59.*num.*2. Modest. Pistor *cons.*4.*num.*1.*part.*1.& *cons.*9.*n.*16 *part.*2. Hodie etiam onera duplici modo intelliguntur, alia sunt prouincialia extraordinaria, alia Imperialia Georg. Schonbor. *polit. lib.* 4. *cap.* 24. *in princip.* Prouincialia princeps plerumque ex suis reditibus, auß seinen Kammergüttern expedire tenetur, Pet. Mindan. *lib.*2. *cap.* 44. *num.*5. præter casus verò necessitatis, qui quotidie occurrere possunt, vt sunt in prouincia hostiles incursiones, pontium & viarum refectiones necessariæ, defensiones patriæ &c. quatuor certos casus faciunt extraordinarios prouinciales in quibus exempti cum subditis collectari possunt, 1. militiæ, 2. redemptionis Domini ab hostibus capti. 3. transfretationis vltra mare. 4. filiæ elocandæ. Mansuer. *in pract. for. tit. de tallijs num.* 6.
26. *Papon. du droit de taille es quatre cas lib.* 13. Mindam *d.cap.num.*10. Imperiales collectas solus Imperator vi supremæ iurisdictionis imponit, vt dictum est, ob necessitatem publicam, & videntur successisse in locum antiquarum iurisdictionum *l.*1.C.*de indict.* Gail.2. *obs.*53.*n.*8. quanquam indictiones ordinarijs muneribus accensebantur, collectæ verò extraordinarijs. ab hisce collectis nemo immunitatem habet, atque adeò is qui de comitatu quodam sub clausula frey/ohne steuer inuestitus licet exemptus sit à præstatione collectarum prouincialium, non tamen immunis erit ab onere collectarum Imperialium,

Georg.

Georg.Schonbor.*poilt.lib.4.cap.24.*Modeſt. Piſtor *conſ. 4. in princ. num.5. & ſeqq.vol.1.*Hinc videmus in Comitijs Imperij quando emergente neceſſitate 27
belli Turcici ſtatus permittunt collectas,quod ipſis eaſdem exigendi à ſubditis facultas detur,vt videre licet in Comitijs Spirenſibus Anno 1544. Auguſtæ Anno 1548.& quod prædia vel ædes ſpecialiter exemptæ ab huiuſmodi ſubſidio Turcico nulla immunia exiſtunt,nec etiam perſonæ cuiuſcunque conditionis aut priuilegij, quantumuis partim iure communi,partim ſpeciali priuilegio munita ſunt , *tex. eſt in l.æſtimat.in fin. de muner. & honor.*Roland.à Valle *conſ.5.n.26.* vbi hanc ſententiam magis communem dicit Ioannes Köppen
deciſ.61.n.16.& per tot. Quando durum neceſſitatis telum omnes indifferenter 28.
penetrat,& eadem ratio communis vtilitatis ſubditorum concurrit, vt modo in Imperio,tunc immunitas non obtinet,Petr.Heig.*d.quæſt.18. num.23. & ſeq.*
Quæque publica ratio in commune vtilitatibus publicis obedire & ſubue- 29.
ctionem ſine dignitatis priuilegio facere ſuadet *l. 1. C. de nauibus non exuſ.* 30.
Hæc moderna neceſſitas maior eſt,quã hominum memoria vixerit, nec Turcica tanta fuit, nec de præſenti eſt, tamen in ſubſidio contra Turcam nullus
exemptus poſſit gaudere priuilegio exemptionis , Heig.*d.loc.num.52.* Et ſiue 31.
mediatè,ſiue immediatè fuerint ſubiecti Imperio,ſi enim hi, die freye Reichs-Ritterſchafft/non ſunt à ſubſidio Turcico exempti, §.Demnach ꝛc.Abſcheid de Anno 1542.alijſque Imperij decretis, planum eſt , nec illi melioris conditionis eſſe poſſunt,facit §. Nachdem nun §. Demnach ꝛc. Abſcheid de Anno 1594.vbi exempt,oder nicht exempt,gefreyet/oder nit gefreyt/ niemand außgenommen ꝛc. Vnnerhindert aller Verträge/ Statuten/ Obligationen/Præſcriptionen/Gewonheiten vnd Herkommen. Idem Anno 1598.& 1603.Hinc 32.
concluditur qualiſcunque ſit,ſiue Eccleſiaſticus, ſiue ſtatus Imperij , ſiue nobilis,ſiue miles, ſiue Conſiliarius aut Doctor priuilegiatus in hoc rerum ſtatu & bello Imperiali nullo priuilegio immunitatis gaudere poteſt , VVincel *de collect. quæſt.14.per tot.*Ioannes Köppen *d. quæſt.61.* Atque hæc de quæſtione 1. dixiſſe ſufficiunt , plura de hac materia legere cupientes, videant *d. AEgid.Thomot. Heig. & Manſuer.*

SVMMARIA.

1. KRiegs verpflegung *est verbum vsitatißimum.*
2. Verpflegung *nomen generale comprehendit sub se diuersa necessaria.*
3. *Fodrum quid sit.*
4. Die verpflegung *& inhospitatio militum fuit iuri Codicis cognita.*
5. Türckenhülff ist den Reichssatzungen bekant.
6. Die Türcken noth ist die grösseste noth gewesen.
7. *Moderna Imperij necessitas quasi maior est Turcicâ.*
8. Römerzug *est alia species collectionis Imperialis.*
9. *Nullus eximitur* im Römerzug.
10. *Explanatio* deß Römerzugs.
11. *Imperium Germanicum modo est in summa necessitate & periculo.*
12. Diese Einquartierungen seind an statt der beharlicher Reichshülffe.
13. Die Verpflegung vnd Einquartierung geschehen *ex ineuitabili necessitate.*
13. *In necessitate solus Imperator absque statibus Imperij propter moræ damnum prouidet Reipublicæ.*

Quæstio Secunda.

1. KAyserliche Kriegs Verpflegung vnd Einquartierung sunt hodierno tempore vocabula vsitatissima in aula Cæsarea, vide Kayser Ferdinands deß Zweiten an Reinholden Grauen von vnnd zu Collalto ertheilte vnnd im Fürstenthumb Berg 1628. eingeführte Ordinantz. Item Graven Cuculi Ordinantz de anno 1629. Item Nassawische Ordinantz. Die vom 1630. Jahr/ Picolominische Ordinantz / so Commissarius Nidecken ins Fürstenthumb
2. Gülich 1636. außgebreitet hat. Verpflegung est nomen generale, comprehendit sub se Inhospitationem, Fodrum, necessariaque alia pro sustentatione militum, vt pecunia, Soldt/Fleisch/Brod/Bier/Haber/Hew/Ströhe. Probatur per tenorem angezogener specificirter Kayserlicher Ordinantzen. Fo-
3. drum significat in lingua Germanica Fütter / comprehendit Frumentum & alias res ad Imperatoris exercitum victui necessarias; est collatio pertinens ad Imperatoris regalia, als Kayserliche Hochheit vnnd reseruaten / Matthias Stephani *de regal. cap.* 19. Obrecht. *disput. de regal.*
4. *concl.* 510. huiusmodi scilicet Fodra, pabula, equos, naues, veredos, rhedas in cursu publico & expeditione bellica olim subditi suppeditabant

Impe-